damit (da er nicht Executor teſtamentarius) ſein Anſpruch zu dem Le-
g- verlohren haben. Vid. Gutierr. *repet. l. nemo poteſt. num. 365. ff de*
4. *leg. 1.* De * Gallia tn contrar. aſſeverat Tholos. *S. l. V. l. 42. c. 36. n. 13.*
Hinc quamvis regulariter non habeant J. accreſcendi. De Canib. *p. 3.*
c. un. q. 1. num. 1. 2. Klock *V. Cam. 10. num. 219. 244.* hoc tn. caſu, ut
5. legatarii, interdum eo potiri poſſunt. *l. 89. de leg. 3.* Epiſcopus * Exe-
cutor num quartam mortuariorum habeat. vid. apud Maſcard. *con-*
cluſ. 594. num. 8.

Caput XI.

De Contrar. Executor. U. V.

1. AD * finem properantes breviter de contrariis adjiciemus. Quid
conſtituendis EE. refragetur ex dictis patet: Saltim de conſtitutis
explicandum, quibus modis deſinant, & qn. fungi officio amplius non
poſſint. vid. Strasburg. *Conſil. 7.* Hoc accidit, qn. vel ipſo jure, vel
facto hominis, intervenit aliquid, quod hoc munus extinguit. Ipſo ju-
2. re id extinguitur I. Morte * Executoris; De Canib. *p. 3. q. 3. num. 10.*
nam perſonale eſt, nec in heredem tranſit. F. A. de Meſa *l. 2. c. 27. n. 14.*
quod adeò verum, ut vel uno ex pluribus conjunctim datis mortuo, cæ-
teri à ſuſcepto ſemel munere liberentur. *arg c. ſ. de teſtam. in 6.* & poſt
Bald. ac Gylman. *Symph. t. 1. p. 3. V. 1. num. 12.* Dn. Mæv. *d. art. 15.*
Subſtitutus etiam hac ſubſtituentis morte poteſtat. exequendi amittit.
De Canib. *d. l.* ns. ut hic Author limitat, ad pias cauſas ſubſtitutus fue-
rit. Vid. Dn. Præſid. *Diſput. de Procur. Subſt. c. 6. §. 3.* Idem dicend.
ratione Epiſcopi, ns. intuitu dignitatis ſit datus; tunc enim illius ſuc-
ceſſor exequetur; hinc morte legitimi executoris, non, ns. quoad
ipſum, executio expirat. vid. J. de Aren. *num. 30. & ſeqq.* De Canib.
p. 2. c. 6. num. 5. Cæterum tam Executoris morte finitur Executio,
ut commiſſarius, divino licet miraculo reſurgens, non h. poteſtat. re-
3. cuperet. vid. Monet. *c. 7. quæſt. 2. c. 1. num. 134.* II. Lapſu temporis
legalis, aut à teſtatore præfixi. De Canib. *p. 3. q. 3. num. 11.* Dn. Mæv.
d. l. vid. Mart. *de Succeſſ. Leg. p. 200. num. 9.* quod etiam verum ratio-
ne Epiſcopi. Vid. omnino C. Klock. *Vol. 2. Conſ. 44. num. 41. & ſeqq.*
De Convento ex natura negotii quo conſtitutus eſt, erit pronuncian-
dum. Ut v. obiter hic notem, teſtamenta, licet nulla temporis exce-
ptio,

SLUB Wir führen Wissen. http://digital.slub-dresden.de/id443646120/96 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG